in toto, toties quoties opus fuerit ad Soluendum Succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad Soluendum Succubitis, ac pro re aliqua principali ex contentis Inscriptionis præfatæ non completa complenda, Citata existens memorata pars Vna præmissa non tenens siue eius posteri ad Instantiam partis alterius præmissa tenentis et complentis Vel illius Successorum ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmisliense ex tunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Iuri parere respondere, Vadium præfatum breve Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores, ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, illum Terminum primum peremptorium. Vti et alios omnes exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra Vel extra Regnum seruitio militari, ad munimenta ad Iudicem, Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem præterea Vltra proximos officii præfati Castrensis Capitanealis Præmisliensis Terminos dilatione sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones, faciendo ac præmissa omnia pænis simplicibus Vel triplicatis Euasionibus suspensionibus fatalitiis Iuris præscriptione Terrestri, bello Conuentioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante

Vstrzyćki Wistockie° Quietat

Comparens

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosus Alexander de Vnichow Vszyski Tribunus Terræ Sanocensis sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus 907 Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Generosum Eliam Wysłocki et eius posteros, de Causa et actione Judiciaria eidem per se Recognoscentem, ad quoduis Judicium et officium Regni, et præsertim ad Judicium Fisci Terræ Præmysliensis ratione variorum damnorum et iniuriarum in processu Causæ eiusdem specificatarum instituta et intentata, nec non de quibusuis Banitionibus condemnationibus, in quouis Judicio et officio Regni præsertim vero in Judicio prædicto Fisci Terræ Præmysliensis, eadem in Causa obtentis et publicatis, earumque publicationibus, toto que antecedenti et subsequenti processu eadem in Causa obtento et perducto, et in quouis puncto et gradu Juris dependente, fusius præmissa continente, et obloquente, tum denique de quibusuis Contractibus, Inscriptis, Scriptis manualibus tam roboratis quam non roboratis, earumque Roborationibus, tum de quibusuis protestationibus, coram Actis quibuscunque authenticis Regni factis et insinuatis, ad extremum de omnibus prætensionibus, ad diem actus hodierni interuenientibus ob sufficientem et plenariam satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum facit et perpetuo pronuntiat, Causam eandem Judiciariam Banitiones

81

+

et Condemnationes quasuis cum earum publicationibus totumq antecedentem et subsequentem processum, deniq Contractus et Intercisas, ac Scripta quaevis manualia tam roborata quam non roborata, tum et illorum Roborationes, atq quasuis protestationes, ad extremum et praetensiones quasuis ad diem hodiernam intervenientibus, in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat, sibi Suisq posteris ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium.

Vstrzyicki et Chlopecki mutuo se se Quietant 908

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Comparentes personaliter Generosi Alexander de Vnichow Vstrzycki Tribunus Terrae Sanocensis ab Vna et Nicolaus Chlopecki parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq Suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet, Se cum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum Seorsim sic pro interesse recognovit. Quia ipsi sese mutuo et invicem Vna pars alteram, cum posteris Vtriusq partis de Scripto certo manuali inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eodem Scripto manuali contentarum, de actu et data illius Praemysliae feria Tertia post Dominicam Conductus Paschae proxima Anno proxime praeterito Videlicet Millesimo Sexcentesimo

Septuagesimo